



forma, quam Fig. subjecta 31. spectandam exhibet, usui suo à nobis accommodatam.

Fig. 31.

B

A



II. Magnitudo horum Thermometrorum est figuræ hîc depictæ dupla: liquor in altero ad dextram spiritus urinae colore cæruleo ex ♀ tinctus gratissimo; in altero spiritus vini ex infuso ligno Brasiliensi lætè rubens: Utriusque per hos angustissimorum tubulorum mæandros intromissio facilis, vix alio tamen quàm hoc modo, ut globulo seu capitulo A super prunas ardentes aut ad lampadis flammam notabiliter calefacto, mox altera extremitas B liquori desiderato immergatur: sic enim is quasi sponte suâ per omnes tubuli flexûs ad globuli cavitatem usque subitò enititur, parti- Phæn. J, bus tamen ejus aliquibus hinc inde ab obvio in via, qui resti- terat,